



Nicolaus Gandaui ex nobili Vtēhouiorum familia natus est. Is cū præclara īdole esset præditus, à pueris operam literis dedit, atq; in Iurisprudentia plurimū profecit. Itaq; factum ut à Cēsare in cōsilium adhiberetur, atq; tandem omnium uotis præses Flandriæ constitueretur. In ea eminentia constitutus, summa animi moderatione uixit, atq; cunctis gratissimus fuit. De eo Erasmus ad Carolum Vtēhouium Nicolai filium Basileæ 1529 sic scripturnum reliquit: Sollicitat nimirum uerè generosam īdolem tuam domesticum exemplar clarissimi ui- ri patris tui Nicolai Vtēhouij, qui præter exactam Iuris peritiam, præter elegantiorē etiam literarū scientiam tanta modestia, prudentia, iudicio, animi moderatiōe atq; integritāte fuit ornatus, ut multis annis nemo Gandaui, príncipali totius Flandriæ conilio, maiori cum laude præfederit. Et si quid in rāto causarum undiq; strepen- tium tumultu contigisset otij, id euoluendis sacris uoluminibus impendebat, frequenter & noctis aliquam partem huic curę decidens, homo tot uirtutum luminibus illustris, ut in illo minima claritatis portio uideretur generis decus. Hac lenus Erasmus. Cum hoc modo Nicolaus suo munere optimē functus es- set, tandem 1529 feliciter obiit, & omnium luctu honorificē sepultus fuit. Ei Erasmus tale epitaphium Græcē & Latinē posuit, quod subiçere placuit,